

48. Chryfolog. Secundo, D. Chryfologus ferm. 79. *Ait Dominus: Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Flores multi, multitudinem fructuum pollicentur; sed examinati ventorum flabris ad fructum paucissimi perseverant. Sic credentes in Christo, multi in Ecclesia videntur in pace; ubi autem persecutionis procella perflaverit, pauci martyres reperiuntur in fructu.* Arborea in multos flores erumpentes in serenitate temporis multos fructus promittunt: tamen irruente tempestate agitantur hac, & illic rami arboris, multi flores decidunt, & pauci remanent ad fructum. Agnoscenda ergo arborea, seu doctores in Ecclesia, ait Dominus, non a floribus sed a fructu: multi enim in serenitate temporis multos fructus ostendant, multoque fructus promittunt; saviente tamen tempestate persecutionis, paucissimi perseverant ad fructum.

49. Cantic. 4. Septuag. *Ait Christus Dominus de anima dilecta: Sicut fraxinem mali punici, ita gene tua.* Cantic. 4. num. 3. *Seu, ut habent Septuaginta: Sicut cortex mali punici.* Ubi illud maxime est ponderandum, quod eam non comparat cum integro malo punico, sed cum cortice. Cur non potius cum ipsis granis, quae suo purpureo colore maxime visum attrahunt? Cassiodorus, Justus Orgelitanus, & Beda existimant, hic laudari constantiam Justorum, ac sanctorum Martyrum. Et bene cum cortice, & non cum granis assimilatur: nam inter illa, haec est differentia. Dum malum punicum aperitur, grana in serenitate temporum mira elegantia, ac pulchritudine rubent, & apparent, ac valde per jucundum aspectum videntibus praebent; tamen si irruit tempestas, & concutitur arbor, facile decidunt, & cadunt. At vero cortex, in quacunque ventorum adversitate, firma adharet, & infixam consistit in arbore. Bene ergo Justus non comparantur cum granis, sed cum cortice: nam eorum perfectio visitur, non in eo, quod in lenitate rerum multa promittant, & elegantem verborum aspectum praebent, sed quod in altercatione temporum immobiliter perseverantes, Christo verae viti adherent. Catena trium Patrum. *Cortici mali punici similes sunt gene tua, ut severitatis amantes, atque ab omni dissolutione remoti.* Et recte dicitur, *Gene tua, sicut cortex*: nam sicut homo per genas, ac faciem agnoscitur; ita verus, & fidelis servus Christi, tanquam per faciem, ac vultum cognoscitur in persistentia, ac permanentia, saviente persecutione.

50. Matth. 3. *De Christo Domino Joannes ait: Cujus ventilabrum in manu ejus, & permundabit aream suam, Matth. 3. num. 12.* Et in area triticum, & palea, dum omnia sunt in quietudine, ac serenitate: immo in area majorem locum occupat frumentum, quam triticum, & magis se conspicibile praebet; at dum ventilantur, stante vento, triticum in area remanet; palea vero dispergitur, ac per aera rapitur. In Ecclesia sunt Justus, & peccatores; at si persecutionis ardor accenditur, Justus remanent in Christi area, palea vero peccatores fugiunt, & disparent. Tertullianus lib. de fuga in persecut. cap. 1. *Domini judicium est persecutio, ait, per quam quis, aut probatus judicatur. Hac est palea illa, qua nunc dominicam aream purgat, Ecclesiam scilicet: confusum acervum eventilans, frumentum martyrum, & paleas negotiatorum.*

Multi magna promittunt in tempestate deficiunt.

Multi stant in serenitate temporum, qui in tempestate decidunt.

Rotrobi in ventilatore disparent. Tertull.

QUESTIO X.

Quare Dominus hic adducat in exemplum potius uvas, & ficus, quam alia poma?



D. quaestionem recte responderi primò Chryfostomus in Imperf. & hom. 19. *Uva, ait, mysterium in se Christi habet: sicut enim botrus multa in se grana ligno mediana suspendit; sic Christus multos, sibi fideles per lignum Crucis tenet ad se. Similiter & sicut ficus multa grana uno tegmine tenet inclusa, sic & multos fideles quodam dulci charitatis amplexu una tenet Ecclesia. Et sicut in ficu, signa haec, charitatis quidem in dulcedine, unitatis autem in conjunctione granorum.* Optime ergo ad agnoscendum fructus veri, vel falsi prophetae, ponuntur in exemplum uva, vel ficus; quae unionem, & charitatem adumbrant. Verus enim Propheta, ac bonus Praedicator hujusmodi fructus profert, qui maxime intendit eructare doctrinam, quae unionem praestet, tam in ipsis fidelibus, quam cum suo capite Christo Jesu, ac eius sponsa Ecclesia sancta Romana. His autem fructus minime producit falsus propheta, ac haereticus, qui nihil aliud scit nisi seminare divisiones, ac dissensiones; & tribulos, & spinas dare.

Secundo idem Chryfostomus citato loco, *Et sunt in signa haec: Charitatis quidem in dulcedine; unitatis autem in conjunctione granorum. In uva quidem est patientia signum; quia in torcular mittitur; gaudij autem in spe; quia vinum latificat cor hominis: sinceritatis autem, quia non est aqua permixtum; & delictatio suavitatis. De his autem scriptum est. Ad Galat. 5. num. 19. Fructus autem spiritus est, charitas, gaudium, pax, patientia, &c. Spina autem sunt haeretici. Ergo non possunt spina, & tribuli, Ecclesiasticos fructus proferre; sed quid profert? Venera, tribulationes, & caetera mala. Fructus Praedicatorum, doctores Ecclesiasticorum recte per uvam, & ficum significantur; nam sua dulcedine, ac sapore animam recreant, cor latificant, & cum sua sinceritate hominem mira suavitate replent. At falsi prophetae, iniqui pastores, & magistri, hujusmodi fructus non producant, sed spinas, & tribulos, qui solum hominem vulnerant, ac lacerant; & simulata quadam malitia, promittunt subditis dulcedinem uvarum dantes, spinarum aculeos; ut idem S. Pater ponderat. Tandem spina non dant uvam, & ficus, quae cunctis dant suavitatem: nec omnibus amantibus dant umbram, sicut bonae arborea. Sed spina, tanquam mali Praeclari, sunt sub umbra sua ad requiescendum, recipiunt venenosos, & postiferos serpentes. Sub malo pastore solum inveniunt requiem, & levamen mali, & venenosus serpentes. Pergit idem Chryfostomus. *Sub arbore bona bestia, & animalia requiescunt, sub spinis autem nullum animal requiescere potest, nisi tantummodo serpentes: sic iuxta fideles homines boni, & mali pacem habere possunt: iuxta autem infideles nemo potest pacem habere, neque requiescere in eis, nisi tantum serpentes.**

Chryfost.

Bonus Magister seminat pacem.

Chryfost.

Boni Praedicatorum dulcedinem, mali aculeos spinarum praebent.

Sub malo pastore inveniunt otium, neque serpentes.

Tertio

VERSIONES.

Euthym. n. 17. Sic omnis arbor vitiosa, Pagninus. Va- Putris autem arbor malos fructus gignit. Syriacus n. 18. Impossibile est arborem bonam malos fructus facere. Arias. Neque arbor cariola fructus pulchros facere.

ALTER TEXTUS.

Luc. 6. n. 43. Non est enim arbor bona, quae facit fructus malos, neque arbor mala faciens fructum bonum.

EXPOSITIO.

EXPLICAT Dominus, ait Albertus Magus, naturam, & proprietates Arboris ex eius potentia, & fructu, seu operatione. Et cum potentia, seu qualitas arboris sit nobis occulta ex eius fructu cognoscenda est: nam semper fructus, & operatio proportionatur naturae rei; Et utinam, ut hoc contingit in arboribus, sic & in hominibus Nomine autem arboris hoc loco intellige etiam fructus omnes. Et sicut uva non colliguntur, nisi a neulea, ita & boni fructus non capiuntur ex mala arbore, sed ex bona; Et per hanc parabolam denotat Dominus, quod ad bono, & vero doctore, quo dicitur talis, bona, & non mala doctrinae documenta eructantur. A malo autem magistro, ut talis est, non nisi mala semina proveniunt. Quod clarus explicabo cum aliis expositionibus quaest. sequenti.

QUESTIO XI.

Quomodo intelligendum in hominibus, quod arbor mala non possit fructus malos facere: nec arbor mala bonos fructus facere?

QUAERAM enim in arboribus, & plantis haec vera sunt, cum naturaliter producant; non enim arbor bona malos fructus, nec mala bonos evadere potest; quomodo autem haec vera sint in hominibus, maxime dubium est, nam liberè operantur. Homo enim bonos aliquando in malos germinat fructus, ut in verba otiosa, peccata venialia; immò & aliquando à virtute deficit, & in gravia peccata praecipitatur. Homo autem malus aliquos etiam bonos fructus ex genere suo edere potest, ut elemosinam, jejunium, parentibus reverentiam. Et ideo in praesenti difficultate variae possunt esse sententiae. Nam D. Cassianus Arietanus, homil. 24. per hanc arborem intelligit divitem. Sic ait: *Timent, dives illud quod*

53. D. Thom. Tertio D. Thomas, Per uvam, ait, ex quibus sit vinum, intelligitur spiritualis latitudo, quia vinum latificat cor hominis, Psal. 103. Per ficus dulcedo Ecclesiasticae pacis, quae est charitas: haec non possunt nasci de tribulis, id est, peccatoribus, quia spinas, & tribulos germinabit tibi, Genes. 3. Dulcedinem pacis, & unionis non dant iniqui peccatores praefigurati in spinis, & tribulis. Quarto. Cardinalis Hugo per spinas, & tribulos intelligit peccata, peccatores, ac divitias hujus saeculi, ex quibus dulces uvarum, sicutumque fructus colligi nequeunt.

54. Chryfostomus. Quinto. Non dixit Dominus, quod spinae non possunt germinare malogranata, & noces, sed uvam, & ficum; nam haec est differentia; quia fructus in malogranatis, & nucibus cortice sunt contenti; at in uva, & ficu fructus est apertus, & manifestus, nullo putamine involutus. Optime ergo Catholica, & sancta doctrina; non cum illis, sed cum istis comparatur; Christiana enim doctrina veritas non absconditur, nullo enim involucre operitur, sed clarè, & patenter prodit, ac exit in publicum.

55. Innumerabilia sunt discrimina inter Christum Jesum, ac Pharisaeos, ut pote inter filium Dei, ac Diaboli membra. Illud, tamen maxime ponderandum, quod Christus Dominus aperte, & alta voce loquebatur Joan. 7. num. 37. *In nossemo autem die magno festivitatis stabu teus, & clamaba.* A Pharisaei furtivè, & submissa voce loquebantur Pharisaeos, qui Dominum invitaverat, *Aut in a se, dicens: Hic si esset propheta, Luc. 7. num. 39.* Et frequenter mala cogitabant, & dicebant in cordibus. Et ita eis Dominus dicebat: *Quid cogitatis mala in cordibus vestris, Matth. 1. n. m. 4. & cap. 21. num. 25. Luc. 5. n. 21.* Et frequenter intra se mormurabant, *Luc. 15. num. 1. & 19. num. 7. Joan. 6. num. 41. & 43. & 6. 7. num. 4.* Ratio hujus diversitatis aperta, & clara. Nam Christus Dominus veram, & sanctam doctrinam eructabat; & ideo non poterat absconditè detineri, sed patenter, & alta voce prodibat. At Pharisaei mendacia, & falsa machinabantur; & ideo eorum dicta abscondita, & perfossa latibula querebat, D. Chryfologus ferm. 31. *Bonitas virtutum mater, ait, malitia origo vitiorum; virtutes comitatur gloria; inharet vitiiis cognata confusio; sicut vitia teguntur dolis; ita illustrantur libertate virtutes. Hinc est, quod Christus virtutum lux agebat libe, loquebatur pure, praestabat ut Deus, patiebatur ut parens, ut Dominus arguebat. Judaei vero, progenies viperarum summittebant capita, adulabantur lingua, vulnera dabant, dolis, & blasphemis venena fundebant, & tota cupidi simulatione valebant. Vide lib. 1. c. 6. num. 47. & lib. 3. cap. 1. num. 62. & 63.*

Chryfost.

Matth. 7. n. 17. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit.

Ibid. num. 8. Non potest arbor bona malos fructus facere; neque arbor mala bonos fructus facere.

Sylveira in Evang. Tom. II.

Rr 3 quod



quod sequitur: Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Exiendat ergo manus suas ad eleemosynas, ut possit evadere aeternas flammis. Omnes ergo divites timeant exemplum illius; arboris infructuosa, & sterilis, id est, illius, qui purpara, & bysso induebatur. In hac quaestione duae sunt celebres sententiae, ad quas caeterae reduci possunt.

58. Prima hic per arborem bonam intelligit voluntatem bonam, sive charitatem: & per arborem malam, malam voluntatem, seu depravatam cupiditatem. Ita D. Chrysostomus homil. 24. D. Augustinus lib. 2. de serm. Dom. Theophylactus, Beda, Albertus Magnus, S. Thomas, Cajetanus, & Hugo. Fructus autem bonae voluntatis, ut jam superius dixi, enumerat Apostolus ad Galat. 5. num. 22. Fructus autem spiritus est; charitas gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, &c. Fructus autem arboris malae ibidem appofuit Apostolus num. 19. Manifesta sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, &c. In hac autem sententia est Petrus Damianus lib. 3. Epistol. 9, ubi ait, quod casta voluntas exhibet honestatem pudicae conversationis. Et lib. 6. Epistol. etiam 9, ait, quod de voluntate superba, quae proculdubio mala est, nunquam mera, & incontaminata cedit humilitas.

A mala voluntate operatio mala. Damian.

59. Secunda sententia.

Abulens.

Chrysof. August. Hieron. Paschas.

60. Obiectio.

Solutio. Chrysof. August. Solutio ad objectionem.

Secunda sententia, per arborem bonam, vel malam interpretatur doctorem verum, vel falsum docentem. De his praecesserat, ac proinde consequenter ad litteram hi sunt intelligendi. Ita Abulensis hic, & alij, qui etiam advertunt, quod per arborem malam hypocrita accipiantur, ut eos denotat D. Luc. cap. 6. num. 43. de eis enim agebat Evangelista. Fructus autem arboris seu doctoris est doctrina, quae a bono est bona, & vera; a malo mala, & falsa, ut explicat D. Lucas cap. 6. num. 44. Fructus item hujus arboris sunt etiam opera, ut explicat D. Chrysostomus, D. Augustinus, D. Hieronymus, Paschasius. Nam vera fides, & recta intelligentia, ut natura tua, in bono Magistro puram vitam, sanctisque mores progignit. E contra vero error, ac depravata cognitio in malo doctore, per se, & ex natura sua, turpem vitam, pessimosque mores producit.

Obiectio contra has sententias. Ex hac doctrina sequitur, quod est difficultas initio proposita, quod voluntas bona non possit progignere mala opera: nec mala voluntas bonos parturire effectus, verbi gratia, eleemosynam: nec quod bonus doctor non possit aliquando falsa docere, & quod falsus magister non possit aliquando vera dicere. Respondetur primo cum D. Chrysostomo in Imperfecto homil. 19. D. Augustino lib. 2. de serm. Dom. cap. 24. Quando ait, quisquis malus est, non potest facere fructus bonos: si enim bonus fructus fecerit, jam malus non est. Ac proinde in sensu composito voluntas bona, prout bona non potest facere malum; aliter vero in sensu diviso potest a sua bonitate deficere. Eodem modo bonus. Magister, quatenus bonus, in sensu formali, & composito, non potest falsa enuctare, nec falsus doctor vera profert: at in sensu diviso, & materiali potest bonus Magister a sua bonitate deficere, falsa docendo, & malus potest aliquid verum dicere. Ita Scriba, & Pharisei mali doctores bona docebant, & depravata faciebant, Matth. 23. num. 2. & 3.

Secundo respondet Abulensis quast. 19. quod illud Christi verbum, non potest, non dicitur im-possibilitatem, sed difficultatem. In quo sensu hujusmodi verbum frequenter sumitur in Scriptura, ut ipse probat. Ac proinde denotatur, quod valde difficile sit, ut malus doctor, ac depravata voluntas bene operetur, ob suos habitus inclinantes eum ad malum.

Tertio, & multo probabiliori modo respondent ipse Abulensis, Beaulxames, Jansenius, Maldonatus, Barradas, ac alij, quod Christus Dominus hic fatur juxta ordinarium loquendi modum: & dat commune, & vulgare signum agnoscendi bonum, vel malum doctorem, virum simplicem, & hypocritam: nam bonus, ordinariè loquendo, bene operatur, & ut ait Jansenius, non potest fieri, ut hominis boni fructus omnes, vel plures, & potiores, sint mali; nec etiam potest fieri, ut hominis mali omnes, vel plures, & potiores fructus sint boni. Unde, quamvis bonus Magister aliquando proferat aliquid a vero recedens; tamen ordinariè verum dicit. Et malus, quamvis aliquando quid bonum faciat, tamen suus consuetus modus operandi, in malum tendit. Unde adverte, quod non inveni notatum, quod Christus non dixit de arbore mala, non potest facere fructum, sed fructus in plurali, quia licet per accidens unum faciat, non tamen multos.

Nec aliquid hinc sequitur contra veram expressionem parabolae, ut ponderat Maldonatus, Cornelius a Lapide. Num per parabolas non significatur id, quod semper fit, sed id, quod saepe, & frequenter accidit: nec enim quaecunque in parabolis dicuntur, & ex act. & ad amissum in rebus, quas significant, sunt adaptanda. Sat est, ergo, ut ea sint accommodata, in quibus vis, ac similitudo parabolae constituitur. Quod videtur in ordinario, & consuetudo modo operandi, quod cernitur in bono doctore in operibus suis; & in malo in suis malis fructibus: non enim fieri potest, ut talis lupus sub ovina pelle delibescat, quin per sua opera se prodatur, & manifestet.

Quod praclare dicebat Seneca, Nemo potest quis diu fictam gerere personam. Quod etiam eleganter dicebat Rex Gothorum, ut testatur Casiodorus lib. 9. variar. Dum quendam ad palatium munus, ac dignitatem sublevar, sic eum admonet de puritate morum: Sicut Sol ortus, ait, corporum colores fugata nocte detegit; ita se virtutum qualitas assidue viso principe, non celabit: mens tua, & oculis nostris patebit, & auribus. In vultu, & in voce cognoscimus servientium mores. Superbus variatis gressibus patet; iracundus lumine fervore declaratur; subdulus terrenum semper amat aspectum. Quamquam enim malignus se velit occultare, tamen gestus corporis, oculorum, ac vultus ejus malitiam indicant, quae facile conversatione deprehenditur. Assidue viso principe non celabit.

Matth. 7. n. 19. Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur; & in ignem mittetur.

Ibid. num. 20. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.

VERSIO

VERSIONES.

Syracus. Quae non facit fructus bonos, excidetur, & in ignem cader. Vatablus, Graecus. Omnis arbor, quae non gignit fructum bonum, exciditur, & mittitur in ignem.

EXPOSITIO.

65. R O S E Q U I T U R Dominus ipsam metaphoram de arbore, & ad incutiendum timorem falsis prophetis, poenam, & supplicium apponit; Ex. dicitur, & in ignem mittetur. Graecus vero habet in praesenti, Exciditur, & mittitur in ignem. Nam iniquus, dum male operatur, suamet praevicatione cadit, & praecipitatur in ignem inferni. Et utitur hic Dominus verbis Baptistae, Matth. 3. num. 20. Omnis arbor quae non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Unde rectè admonet Hugo. Hic suggillantur Praeicatores, qui dicta aliorum dedignantur dicere. Unde lib. 3. cap. 1. quast. 19. num. 59. & ca. 5. num. 39. D. Chrysostomus homil. 24. notat, quod duae sunt poenae, excidi, & in ignem mitti; & privati felicitate Dei visione. Intolerabilis res est gehenna, sed multo intolerabilior ac gravior poena est, à summa illa Dei visione; ac gloria expelli, ac excludi. Tamen Dominus de igne gehennae facti mentionem, ut similitudinem, ac parabolam arboris prosequatur. Deinde, quia homines hujus saeculi, utpote imperfecti maxime supplicia, ac poenas corporis timent, & formidant, illorumque metu frequenter cohibentur. Et ita ait Chrysostomus citatus. illos vero deterrere, poenam ab ipso infligendam eis circumduxit.

66. Igitur ex fructibus eorum. Et praesupposita similitudine arboris, insert Dominus conclusionem, quod nempe isti falsi Prophetae, & doctores cognoscuntur ex sua doctrina: suisque operibus. Notat Hugo, quod bonus fructus debet esse utilis, integer, & non ex parte putridus, & ex parte sapidus. Ita fructus boni doctoris proficiat alij, & non sit mixtus putredine malae doctrinae, ac pessimorum morum; nec habeat amaritudinem malae, & pestiferae conversationis.

QUESTIO XII.

Quare arbori bonae non deputetur praemium, sicut & male ascribitur poena?

67. R A G I T Dominus in hac parabola de arbore bona, & mala. Et arbori malae duplex assignatur poena, Excidetur, & in ignem mittetur. Cur ergo etiam arbori bonae unum saltem non assignatur praemium: nam sicut ob suam malitiam digna est poena; ita etiam & haec ob suam bonitatem condigna omni praemio?

68. Respondeo primò ad quaestionem, quod arbori bonae nullam designatur praemium; nam

suamet bonitas, ac excellentia satis sufficiens est praemium. Arbori autem pessimae duplex assignatur poena; & meritò: planta enim, quae appolito, ac viso exemplo bonae, ac praeclearae radices non proficit, nec in optimos fructus prorumpit, in sui condemnationem omniè supplicium, parvum, ac diminutum videtur; & ideo non una poena, sed duplici multatur. Breviter haec omnia illustro.

Bonitas arboris, ac ejus virtus sibi sufficiens praemium. Praesuli Ecclesiae Sardis dicitur Apo. calypsis 3. num. 4. Habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinaverunt vestimenta sua, & ambulabunt mecum in albis, quoniam digni sunt. Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis. Omni notatu dignum est, quod in illa Ecclesia dicitur, quod sint aliqui justi, quorum vestimenta sunt purissima, & absque forde facta: & tamen in praemium post adeptam victoriam, & post hostem debellatum, nullum aliud indumentum eis promittitur, nisi amictus albus: Sic vestietur vestimentis albis. Si enim ipsi habent jam vestes puras absque macula, & inquinamento, quomodo eis pollicetur vestimentum album sine forde, quod jam habent? Cur cum Deus sit largissimus in suis remunerandis justis, eis non promittuntur stolae depictae purpura, bysso, auro, & lapide pretioso? Merito sane: nam praecleara, & excellens est virtus; ac puritas, ut homini justo post partam victoriam jam triumphanti, ac in paradysum sublevato nullus alius pretiosior, ac splendidior ornatus conferatur, quam animi puritas, ac integritas sine forde, & macula; nam licet justus hac veste in mundo esset indatus, illa etiam post triumphum & indueretur in gloria. Nullus enim illustrior ornatus virtutis, quam ipsa virtus. Aretas Caesariae Episcopus. Per indignitatem munditiam corporis in egritas immittitur. Qui vicerit affectus, passiones carnis. Hic igitur vestietur virtutum suarum vestimentis, quae Deo gratis laboribus emundavit, & fulgebunt sicut Sol in futuro saeculo.

Arbor autem mala, quae fructifera plantae exemplo in uberes fructus non parturit, meritò excidetur, & ejicietur in ignem. Ait Apostolus ad Hebraeos 2. num. 16. Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahama apprehendit. Satis commune, & ventilatum dubium, cur Dei sapientia potius humanam naturam ad se attraxerit, a que unierit, ut hominem deperditum restauraret, quam angelicam naturam sibi assumpserit, ut lapsos Angelos eriperet, in utraque enim natura Dei imago reucebat: imò angelica natura ob sui nobilitatem non erat contemnenda. Cur ergo Angelis dimissis de humanae naturae remedio peragitur? Peccaverunt Angeli, peccavit & homo; sed magna cum differentia in utroque casu. Nam Angeli defecerunt, ac delictum commiserunt videntes sanctus Angelos permanentes in charitate, virtute, ac Dei obsequio; quo tanto proposito exemplo facile poterant à lapsu revocari. At homo delinquit, cum nullus remaneret in humana natura ejus vestigia, ac integritatem imitari posset. Inclinavit se ergo divina bonitas ad subveniendum homini cujus tota natura corrupta ac maculis infecta erat; non vero Angelis adhibet remedia, in quibus aliter res evenerat: nam mali corruerunt, cum bonorum exemplar ante conspectum haberent; unde meritò ejiciantur è caelo, ac in ignem mittuntur. Prae-

R r 4 clare